

f. 100, 14.



X 21193 40

EUPHEMIÆ METRICÆ  
SUPER AUSPICATISSIMAM NOVI  
SUGGESTI INAUGURATIONEM

à VIRO

*Amplissimo & Consultissimo*

Dn. JONA SCHONLEBIO  
in Langenrinne/

Elector. Sax. Decumano & Consule urbis Freiber-  
gensis spectatissimo

*Eiusq; Conjugæ honoratissima.*

ANNA HORNIA

Templo Basilico apud Freibergenses

*pia devotione*  
dicati & consecrati

*D. 26. Julij qvi*

D. ANNÆ sacer

ANNO CHRISTIANO

cis id cxxxviii.

---

FREIBERGÆ

*Typis BEUTHERIANIS exscriptæ.*

ЗАДАЧЕМ БЫТИЮ  
ИНОМАНСИИ КОМПЛЕКСУ ЯЗЫКА  
И АВТОРСКОГО ПРОЦЕССУ  
ОБРАЩЕНИЯ

# ОБРАЩЕНИЕ И ПРОЦЕСС



EXCELSIS QVIRIBUS

**S**i quis laudis erit dignus, Schönlebius urbis  
Consul cum charâ Conjuge dignus erit:  
Dum largo sumtu Templus Cathedrale Fribergæ  
Suggesto pulchro condecorare studet.

Jam pauci auxilio veniunt templisq; scholisq;  
Et supplere opibus publica damna volunt.  
Quin ea, quæ Patres olim legâre benigni,  
Jam raptat dextrâ degenerante nepos.

Hinc adeò ingrato pietas Schönlebia seculo  
Tantò majoris munera laudis habet.

Ipsi quæ tribuunt omnes pietatis Amici,  
Atq; hodiè pendunt plausibus innumeris.

Det Deus, hoc ut opus divino cedat honori,  
Et, quæ spectantur, commoda plura ferat.

In primis puri conservet dogmata verbi,  
Ut nunquam hac aliud personet in cathedrâ.

Schönlebium quoq; conservet cum Conjuge salvum,  
Dignaq; pro meritis præmia retribuat.

Vivant incolumes, saniq; ANNÆ annua festa  
Cernant in multas ire, redire, vices.

Vivant, ac tandem post hujus tempora vite  
Æternum videant gaudia summa poli.

Ita gratulabundus

vovet

Paulus Sperling SS. Theolog. Licent.

Eccles. Friberg. Past. & Superintend.

A 2

Qvum

I.

**Q**um Saxo ALBERTUS Basilei templa locaret,  
Hic ubi mons liber tollit ad astra caput.  
Primores Patrum, patriæ qui sceptra tenebant,  
divite juverunt enthea cœpta manu:  
Signant id celsis insignia fixa columnis,  
& qvæ supremo fornice picta micant.  
Hic certis Schönbergiadum gestamina clara,  
stirpis & Hartitiæ, Kölbeliaeq; decus.  
Hic Berbdorffadas, Marschallos, Gunterodosqve,  
Hic Molsdorfferos, Zigleriosq; vides.  
Nec desunt Alnbecciadum prælustria signa,  
& qvos præterea fama celebrat anus.  
Non ergò immiteritò Consul Schönlebius urbis  
Majorum in mores sedulus ire studet,  
Et nova jam sacrat cathedrali pulpitæ templo,  
affabre è lapidum plegmate structa manu.  
Nos opus hoc meritâ decoramus laude, precantes,  
**SCHÖNLEBII** porrò qvò **DEUS** acta beet!

Was für mehr als hundert Jahren  
Bei dem Bau des Thums gethan/  
Die damals im Leben waren/  
Zeigen die Gedenkmal an  
Vnd die Wapen/so in Stein  
hin vnd her gehauwen ein.

Hier siht man viel Edle Helden/  
Derer Namen/Lob vnd Ruhm  
Fama lengst hat können melden/  
so weit Phœbus vmb vnd vmb  
sich am runden Himmel streckt/  
vnd den Erdenkreß entdeckt.

Herr Schönleben nun auch zieret  
diesen milden Kirchenbau/

Die Thumkirche  
allhier ist Anno  
1480 zu bauen  
angefangen / vñ  
Anno 1500. vol-  
lendet worden.

Drumb

Drumb Ihn Fama gleichsfalls führet/  
Ihn vnd seine fromme Frau/  
aus dem ort der Sterblichkeit/  
Vnd mit stetem Lob erfreut.

2.

*De die ANNÆ, qui inaugurationi  
sacer.*

Vis festi causam? non hæc fuit HORNIA S ANNA  
qvam cum SCHÖNLEBIO fata benigna jugant.  
*Gratia larga DEI festa hæc encænia fecit,*  
Omine qvam divo nominis ANNA refert.

*Anna deutet Gottes Gnad,*  
Heute wird vns auch gezeuget  
Gottes reiche milde That/  
der sich zu vns gnedig neiget/  
vnd erhelt sein GnadenWort  
rein vnd klar an diesem Ort.

Da der Keizer Trug vnd List  
vieler Canzeln Zier beslecket/  
da sich Mars mit Fewer rüst/  
vnd der Kirchen Bau anstecket/  
Sihet man hier Gottes Gnad/  
der vns noch bewahret hat.

Jetzt daß wir die Zeit in Ruh  
vnd ohn aller Feinde schewen/  
in der Kirchen bringen zu/  
vnd die newe Canzel weihen/  
Sihet man ja Gottes Gnad/  
der vns Ruh gibt in der Stadt.

Ach du treuer Gnadenhort/  
deine Kirche fort behüte/  
Läß vns / H E R R / an diesem Ort  
stets genießen deiner Güte/

A iii

Daß

Das wir Annen Gnaden Tag  
jährlich feyern ohne Klag.

Nim in deine Gnad vnd Schutz  
alle milde fromme Herzen/  
die vermehrn der Kirchen Nutz/  
Wend ab ihre Noth vnd Schmerzen/  
Endlich gib nach dieser zeit  
die gewünschte Seligkeit.

*Ad Reverend. Dnn. Mystas Templi  
Cathedralis.*

Et vos non memorem fidissima corcla Sionis?

S P E R L I N G E, Eusebies unio, noster amor,  
Teq; W A G N E R E Parens, & Te R E I N H O L D E, sacrorum  
qvos Mystas unā jungit in æde D E U S.

P ræ reliquis vestrum est hoc festo plaudere, & A N N A E  
solenni cultū concelebrare diem.

P ræ reliquis ergò Vobis qvoq; grator, & ausis  
qvò nova sint vestris pulpita fausta precor.

Vivite felices, & longum pergit tempus

Divà commissum voce animare gregem!

Vos regat, ebriuletq; bonis D E U S ipse supernis,  
ut velut argento nostra Friberga fluit,  
Sic per vos scateat sacris urbs tota metallis,  
& lolium in fruges transeat omne bonas!

4.

*Distichon Chronologum.*

sChönLebIVs DeCorat sVggesto saCra noVeLlo:

Des ò Chrlste In eo VoX tVa soLa sonet!

Honoris & amicæ gratulat. ergo

f. Fribergæ

*Andr. Mollerus Pegavius*

*Phil. & Medic. Doctor &*

*Poët. Cesar.*

Rari



**R**ari quippe boni, quibus est sententia cordi,  
ut CHRISTI cupiant amplificare decus.  
Plures invenias, in eum convitia plenis  
Qui buccis fundunt, & mera bella cident.  
Hinc pars multa DEO Patri negat esse coevum:  
Pars Hominis nudum schema fuisse putat.  
Pars propriâ culpâ suspensum stipite ligni,  
Et scelus in stygiis pendere dicit aquis.  
Pars homines & bruta per omnia vulnera diris  
Devovet, inq; malam rem crucis ire jubet.  
Non ita SCHÖNLEBIUS, nec honoratissima Conjur  
A teneris animos instituere suos,  
Ulla Redemtori ut facerent convitia CHRISTO,  
Illi aut cuperent commaculare decus:  
Ast ut Ei totis servirent viribus, ambos  
Impulit aeterni vivida flamma DEI.  
Hinc simul in CHRISTO crucifixo, sive tonares  
Sors, seu rideret spem posuere suam.  
Ast fidei sociis ut spemq; fidemq; probarent,  
Ipse Suggestum constituere novum:  
Ex hoc ut sineret Praeconis voce tremenda  
Divulgare sue pondera magna crucis.  
O pulchrum factum! pulchram qui degere vitam.  
Sic vult, Callobius jure vocandus erit.  
Quod superest, Tibi CHRISTE Deus crucifixe dicatum  
Suggestum clemens sume, tuere, fove;  
Infamatos stygii cohibe Cacodemonis astus,  
Structuræ damno ne queat esse novæ.  
Ignivomos Martis socios averte, furenter  
Qui demoliri Templa Scholasq; solent.  
Cingliadum quoq;, Romulidumq; resistecatervae,  
Hunc sacrum ne fors occupet illa locum.  
Immo salutarem nobis concede quietem,  
ut tuus in magnâ pace virescat honos.

O cru-



Z 3339  
O crucifice D E U S suprema mortis in hora  
Nos omnes memores fac crucis esse tuæ.  
O crucifice D E U S per vulnera quing<sup>o</sup> rogamus,  
Nos merito salva glorificaq<sup>o</sup> tuo.

Sic cum Patre, Tibi, sic cum Spiramine sancto  
Solvemus meritæ munera laudis, Amen.

Chronodistichon nomen Dn. Fundatoris &  
annum fundationis continens.

S V g g e s t V M C H R I S T O C r V C I f I X o s a C r a t & offert  
I O N A E s C H Ö N L E B I I r e L I g I o s V s honor.

M. Balthasar Wagner Ar-  
chidiaconus Fribergensis.

E T Famæ, & Pietatis Schönlebiana Cathedra  
dat monumenta satis, dat documenta satis.  
Artificis præclara manus sunt plasmata præstò,  
qvæ cum laude suus clarat ubiq; decor.  
Sed magè nobilitat Crucifixi mentio C H R I S T I,  
dædala qvam Biblicâ præbet imago fide.  
Nobile nobilis artis opus suggestus & alter:  
ast turpat Latiæ dira corona Feræ.  
Cultibus ambo tamen divinis, ecce, dicati,  
de qvibus alma D E I Dogmata rite sonant.  
Cultibus his ritu solemni nuncupat ergo  
Publica Vox Ephori, consecrat atq; novum.  
Devotis nos proseqvimur solemnia votis:  
usQVE SIT HÆC VERBO SACRA CATHEDRA DEL.  
Ne pes, ne manus, ac ne vox cacodoxa profanet,  
Antichristiadum sunto piacula procul.  
Sic Famæ, ac Pietatis Schönlebiana Cathedra  
sat monumenta refert, & documenta dabit.  
ξυμπανηγεικως.

Gottfried Reinhold.


F I N I S.

f. 100, 14.

EUPHEMIÆ M  
SUPER AUSPICATIS  
SUGGESTI INAUGU  
à VIRO  
*Amplissimo & Con-*  
**Dn. JONA SCH**  
in Langenrin  
Elector. Sax. Decumano & Co  
gensis spectatissi  
*Ejusq; Conjugæ honor*  
**ANNA HO**  
Templo Basilico apud F  
piè devozione  
dicati & consecr  
*D. 26. Julij qvi*  
D. ANNÆ face  
**ANNO CHRIST**  
*clo 15 cxxxvi*  

---

FREIBERG  
*Typis BEUTHERIANI*



9340